4377 tabulae marmoreae crass. 0,03 fragmentum. Rep. *decumano, nei pressi della via dei molini.* Est in repositis musei Ostiensis.

Descripsi. Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 214 n. 2.

Supplendum videtur [*imp. Caes. divi Antonini Pii fil., divi Hadriani*] *nep.*, [*divi Traiani Parthici*] *pron*[*ep., divi Nervae abnep.*,] *L. Au*[*relio Vero Aug.* etc.

4378 [*b* = Eph. VII 1202] tabulae marmoreae ad formam aediculae exornatae, crass. ca. 0,04 fragmenta sex (*a* ipsum in duas partes fractum); litterae a. 0,01–0,02, neglegenter incisae, cursivis quae dicuntur non dissimiles. *a* rep. *negli scarichi della caserma dei vigili* VAGLIERI; est in repositis musei Ostiensis. *b* rep. *vicino ad uno degli ingressi della caserma dei vigili* LANCIANI; est Romae in repositis musei thermarum Diocletiani (*museo nazionale*). — *I nuovi frammenti* (*c d e f*) *furono trovati non lungi dai due precedenti e cioè in una tarda fornace da calce costruita con materiale vario sulla via della fontana. La lastra proviene quindi dalla caserma dei vigili* CALZA; vidi *casone del sale* (*ufficio degli scavi*).

in aetoma:

aquila alis expansis



Descripsi ad lapides, contuli ad ectypa; vv. 3 et 6 mea causa iterum contulit Calza. *a* Vaglieri *Not. d. sc.* 1911 p. 366 n. 1; idem coniungendum esse cognovit cum fragmento *b*. *b* Lanciani *Not. d. sc.* 1889 p. 37; Dessau *Eph.* VII 1202 (contulit Huelsen). *a–f* a me coniuncta descripta suppleta edidit Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 391 sq.

Cf. infra n. 4389, supra p. 610. — 2 in. fuit *Iulio Iuliano pr*(*aefecto*) *pr*(*aetorio*); erasum, sed nomen legitur, L. Iulius Vehilius Gratus Iulianus fuit praefectus praetorio Commodi, deinde ab eo occisus est; cf. C. VI 31856 = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 1327; *Pros. imp. Rom.* II 218 n. 402. — *Aelius Iulianus praefectus vigilum* notus est iam ex titulo urbano C. VI 414 *b* = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 4315 b, ex quo discimus eum anno 191 (i. e. anno post dedicationem tituli de quo agimus) non iam praefectum vigilum fuisse. — 3 puto lapicidae scribendum fuisse *Orbio Laetiano sub praef*(*ecto*); nam *Orbius Laetianus subpraefectus vigilum* a. 191 commemoratur in eodem titulo C. VI 414 *b* atque Aelius Iulianus. Sed pro L lego et in lapide et in ectypo C, quam lectionem confirmat Calza. Puto igitur aut erravisse lapicidam aut, qua fuit neglegentia, litteram L tam male incidisse, ut legi possit pro C. — 4 (Cn. Marcius) *Rustius Rufinus*, a. 190 tribunus coh. VI vigilum, certe a. 205–207 erat praefectus vigilum (C. VI 1056 = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 2156; infra n. 4381. 4386. 4387; v. etiam 4389 not.). — 6 vestigia quae in fragmento *f* post lacunam exstant, quamquam propter scripturae inaequalitatem incerta sunt, tamen admittere videntur supplementum *d*]*upla*(*rii*). — 8 in. videtur fuisse nomen patriae in *-te* finiens, casu ablativo positum. Tribus hic cognomini et patriae postposita est, v. 10 inter cognomen et patriam collocata (item fuit v. 9 in.); cf. Dessau *Inscr. Lat. sel.* III p. 591. — 9 sq. miles fortasse eiusdem nominis *M. Valerius Chrestus* merebat in coh. V vigilum a. 205 (?). 210, v. C. VI 1057 (2) 129. 1058 (2) 44; cf. ibidem p. 210. — 11 a. d. IX id. Iulias a. 175 Commodus togam virilem sumpsisse traditur (v. *Pros. imp. Rom.* I p. 202); memoriam eius diei hac dedicatione celebrari conieci. — 12 M. Petronius Sura Septimianus consul ordinarius a. 190 cum Commodo VI, postea ab eo occisus; cf. *Pros. imp. Rom.* III p. 30 n. 230. — 13 fortasse is qui tabulam scalpsit et titulum incidit (cf. infra n. 4499 et notam); fin. mihi videtur esse (*domo*) *Hip*(*pone*) *Re*(*gio*).

Quibus perpensis titulus videtur restitui posse sic fere: *pro salute imp*(*eratoris*) *Com*[*m*]*odi Antonin*[*i Augusti*] | *Iulio Iulian*[*o pr*(*aefecto*) *pr*(*aetorio*)], *Aelio Iulian*(*o*) | *pr*(*aefecto*) *vi*[*g*](*ilum*), *Or*[*bio L*]*a*[*e*]*tiano sub praef*(*ecto*), | *Rustio R*[*ufi*]*no trib*(*uno*) *coh*(*ortis*) *VI vi*[*g*](*ilum*), | *Vale*[*rio P*]*roculin*[*o*] — sc. tribuno — *coh*(*ortis*) *IIII vig*(*ilum*); | [*curam*] *egerunt* [*d*]*upla*(*rii*) *coh*(*orte*) | [- - *vig*(*ilum*) (*centuria*) *P*]*rimi: C. Asinius Vic-* | [*tor?* - - -]*ti Pal*(*atina*), *L. Antonius Leo* | [- - *Ro*]*ma*, *M. Valerius* | [*?Chr*]*estus Fab*(*ia*) *Roma.* | [*Ded.* - - *i*]*d*(*us*) *Iul*(*ias*) vel [*Ded. i*]*d*(*ibus*) *Iul*(*iis*) *Commo*(*do*) *Aug*(*usto*) *VI*, | [*M. Pe*]*tronio Septimiano co*(*n*)*s*(*ulibus*). | - - - - *adiut*(*or*) *coh*(*orte*) *V Hip*(*pone*) *Re*(*gio*).

4379 tabulae marmoreae cr. 0,01 fragmentum exiguum, nunc ipsum quoque fractum; ego vidi particulas duas (*a*). Fuit secundum primam editionem a. 0,087, l. 0,087. Litterae v. 2 a. 0,026, v. 3 minores. Rep. *in una tomba tra la via Ostiense e quella dei sepolcri.* Est in repositis musei Ostiensis.

Descripsi *a*. Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 93 n. 1.

Videtur pertinere ad Commodum vel ad Severum Antoninum.

4380 [= Eph. VII 1203] basis marmorea. Titulus totus in litura repositus. Spatium scripturae destinatum a. 0,47, l. 0,68. Litt. a. 0,06–0,025. Rep. in statione vigilum, ubi exstat.

bu-cra-nium | li-tu-us | prae-feri-culum | bu-cra-nium | pa-te-ra | asper-gil-lum | bu-cra-nium

in lat. sin.: urceus — *in lat. dextro:* patera

IMP · L · SEPTIMIO · SE
VERO PERTINACI
CAESARI · AVG·
PONT · MAX · TRIB · POT · III·
IMP · V · COS · II · PRO · COS · P · P · a. p. Chr. 195?
COHORTES · VII · VIG·
[erasum] · PRAEF · VIG · CASSIO ·
LIGVRE · TRIBVNO · PRAEPOSITO · VEXILLATIONS

Recognovi. Dessau l. l. ad exemplum Huelseni. Lanciani *Not. d. sc.* 1889 p. 75. — Cf. supra p. 610.

'Basis aequalis puto basi Marci imperatoris [n. 4368] — certe ornamenta sacerdotalia in utraque simillima sunt —, quae cui primum inscripta fuerit, non liquet priore titulo deleto' Dessau l. c. — 3 nota nomen Caesaris ceteris postpositum. — 4 fin. lapicida primum scripserat III·, deinde ultimam hastam delevit, duabus prioribus lineolam superposuit. Sed erravit aut hic aut in versu sequenti; fuit enim Septimius Severus trib. pot. II a. 194, III a. 195, imperator V acclamatus est a. 195. Ceterum optime convenit, quod Cassium Ligurem (v. 7. 8) praepositum vexillationis fuisse Clodio Albino Caesare scimus ex titulis supra n. 6. 13. 14, cf. 14 add. (p. 612). — 7 nomen praefecti vigilum erasum.